



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118480

§. 124. Lutheri opera hoc anno edita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66472)

Sæcul. XVI. men vulgatæ textus habeat: *Omnes qui-*
 A.C. 1529. *dem resurgemus, sed non omnes immutabi-*
 1. ad Cor. *mur.* Sequebatur Erasmus in versio-
 cap. 15. v. 15. ne sua Græci textus sensum; inde
 vero ejusdem Adversarii eum de plu-
 ribus hæresibus præcipue circa resur-
 rectionem accusandi occasionem capta-
 bant: ipse vero in sua responsione osten-
 dere nitebatur, quod textus Græci sen-
 sus optime defendi possit, proin hæc ac-
 cusatio solida ratione destituatur.

§. CXXIV.

Lutheri opera hoc anno edita.

Spond. ad
hunc annum
 §. 11. 12.

Hoc item anno Lutherus quædam o-
 puscula publici juris fecit, ac præ-
 primis ad Bremensem Præpositum Hi-
 storiam eorum, quæ in Marpurgensi
 conventu inter ipsum & Zwinglium ge-
 sta fuere, breviter scripsit, ubi Sa-
 cramentorum hostes multa e suis dogmatibus
 revocasse, id vero Lutheranae doctrinae Se-
 ctatoribus objici haud posse asserit, se quo-
 que Sacramentariis concessisse inquit, ut,
 quamvis pro fratribus eos habere non pos-
 set, charitate tamen, quæ etiam hostibus de-
 betur, non privarentur. Scripsit insuper
 libellum de bello contra Turcas, in quo
 sane, inquit Cochlæus, ita suadet bellan-
 dum esse contra Infideles, ut magis Christia-
 nos ab eo bello absterrere videatur, quam ad
 illud

Cochl. in act.
Luth. hoc an-
 no pag. 200.

illud incitare. Etenim multis ibi verbis queritur, inique damnatum fuisse a Leone X. illum articulum suum: præliari adversus Turcas est repugnare Deo visitanti iniquitates nostras per illos, quia non tantum omnia debemus velle, quæ Deus vult, ut velimus, sed absolute quodcunque Deus vult. Inter multa alia etiam sic habet: Interrogetur rerum experientia, quam prospere hactenus nobis fuerit bellum cum Turcis gerere, quando tanquam Christiani, & sub nomine Christi pugnavimus, donec tandem Rhodum, totamque pene Hungariam, atque ad hæc magnam Germaniæ partem amisimus, ut sentire ac palpate possimus, quod Deus non sit nobiscum ad bellandum contra Turcas. Multis præterea propositionibus incessit, atque ibi calumniatur Lutherus Papam, Imperatorem, Reges, Principes, & Episcopos maxime vero Curiam Romanam. Hucusque Joannes Cochlæus, qui etiam ex præfato Lutheri libro triginta sex propositiones ad modum Dialogi extraxit.

Sæcul. XVI.
A.C. 1529.

§. CXXV.

Hist. Eccles. Tom. XXXV.

S s